Notum fecit dominus
salutare suum: in con
spectu gentium reve
lavit iustitiam suam
Recordatus est misericordie su
e et veritatis sue: do
mui israel Viderunt
omnes termini terre: sa
lutare dei nostri Iu
bilate domino omnis
terra: cantate et exul
tate et psallite Psal
lite domino in cythara in
cythara et voce psalmi:
in tubis ductilibus et
voce tube cornee Iu
bilate in conspectu regis
domini: moveatur mare
et plenitudo eius: orbis
terrarum et qui habitant in eo
Flumina plaudent
manu simul montes
exultabunt a conspectu
domini: quia venit iudicare
terram Iudicabit orbem
terrarum in iusticia: et po
pulos in equitate. p.s.
Dominus regnavit
irascantur populi:
qui sedes super cherubim
moveatur terra Dominus
in syon magnus: et ex
celsus super omnes populos
Confiteantur nomini
tuo magno: quoniam terribi
le et sanctum est: et
honor regis iudicium
diligit Tu parasti
directiones: iudicium et
iusticiam in iacob tu
fecisti Exaltate do
minum deum nostrum
et adorate scabellum
pedum eius: quoniam sanctum est
Moyses et aaron in
sacerdotibus eius: et

License: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. f.%2084r – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/en/snm/LM004624-2/f.%2084r)